IN

ADMIRABILEM PHONURGIAM
P. ATHANASII KIRCHERI.
diſſertiſsimi Naturæ Myſtagogi.

EPIGRAMMA

Quod meritiſſimo Inſtitutori ſuo debitæ gratitudinis & Obſervantiæ causâ ſubnectit.

JOANNES STEPHANUS KESTLERUS.

INgenio defeſſa Tuo Natura laborat,
Dum ſtudet in Vires creſcere mille novas.
Quævis in Arcanis penetralibus abdita condit
Alma Phyſis, ſtudiis ſunt ſuperata Tuis.
Tanta perinde Tuæ conſurgit Gloria famæ,
Orbis ut hanc capiat non ſatis Unus adeſt.
Accedit Majus; dum Nomina Cæſaris ornas,
Inde Tuis Vernat Laurus honora Comis.
Sic poſtquam terras famâ compleveris omnes,
Aëris Imperium Regia Juno dabit.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG